

Esai 40, 29. c. 42. 3. 3. Spiritus subleuat nostras infirmitates, & intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Rom. 8, 26. 4. Sedulo orandum, & in pietate indies proficiendum, Rom. 7, 24. 1. Cor. 15. 2. seq. Phil. 3. v. 8. 9, seq.

IN LOCO
DE PECCATO IN GENERE.
THEOREMATA.

1. **E**tymologia est, quod peccatum dicitur à pecco. Pecco autem derivatur vel à Latino pecus, quia per peccatum degeneramus in pecuariam quasi indolem: vel quod, Aulus Gellius scribit, Veteribus Latinis peccatum nihil aliud fuisse, quam adulterium, & pecco idem, quod cum pellice coëo. Alii יְחַוְוֶה peccatum malunt deducere à יָצָוּת metam transgressus est, unde Cicero paradox. 3. dicit: Peccare est metas præfixas transilire. Germanorum **S**ünde est à Græco σίνειν nocere, unde σίνε est nocumentum, σινὰς noxia, σίνης vel σίνης nocivus etn **S**ünder/ qui peccato nocet tum sibi, tum aliis.
2. Homonymia est, quod aliter a Jctis, aliter à Philosophis, aliter à Theologis accipiatur. Apud illos dicitur peccatum actio, à sciente & volente, contra rectam rationem & legem positivam commissa: Isti etiam affectus inordinatos vitiis annumerant, uti ex Ethicis constat. Hi autem latiori sensu accipiunt, dum eo nomine ipsis venit non solum peccati dominium, reatus & sensus, sed etiam ipsa radix, adeoque omne illud peccatum est, quod est contra legem Dei, sive sit defectus, sive actus, sive habitus connatus, sive acquisitus, sive aliquod voluntarium, sive involuntarium, sive à sciente, sive ab ignorante perpetretur, dicente *Hieron. Epist. 30. cap. 1. Confer Chemnitium. part. 1. Loc. Theol. pag. 523.*
3. Synonymiam prosequitur idem Chemnitius *pag. 525. 526. l. d. & seq.* Hebræis dicitur Chatta unde derivetur, & quid sit, dictum est theoremate 1. עוֹן iniquitas à Rad. עוּר curvus fuit עוּרָה inconsideratio, incogitantia, à עוּר inconsideratè egit, עוּרָה superbia, ebullitio cordis à עוּר intumuit, superbivit, notatque peccata contumaciter admisa. עוֹשֶׂה עָוֹן Abominandum scelus, ab עוֹשֶׂה עָוֹן aliis fieri abominationi עוֹשֶׂה עָוֹן improbitas, nequitudo, à עוֹשֶׂה עָוֹן impiè & sedi-